

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)


№ 484 L.9.

No. 2550.



= LN 1060 (eks. 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

10



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ORATIO DE COMETARUM GENERE ET SUBJECTO;

In qva demonstratur,

I. Cometas non esse stellas mundo coævas.

II. Non solum, juxta Aristotelis placita, in regione elementari, sed etiam supra Lunaris sphæræ terminos generari.

Habita

SERVESTÆ ANHALDINO-*rum pridie Kal. Septemb. Anni*

cIↄ Iↄ xcIII.

AB

ÆGIDIO LAURENTIO
Ripensi Dano.

SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

NOBILI, GENE-
ROSO ET MAGNIFICO
DOMINO, DN. ARNOLDO HVITFELD,
DN. LILDEÆ, REGNI DANIÆ CAN-
cellario amplissimo, Domino &
patrono suo benigniss.

Honoris & observantiæ
ergò,

Hanc, DE GENERE & SUB-
JECTO COMETARUM,
orationem
dedicat consecratq;

ÆGIDIUS LAVREN-
TIUS RIPENSIS.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ORATIO.



ON DUBITO, REVErendi, amplissimi, & clarissimi viri, nec non studiosissima lectissimaq; juventus, non, inqvam, dubito; qvin in hâc hominum præstantissimorum coronâ, multi præstò sint, qvi admirentur me non erubescere, hanc Cathedram, doctissimorum virorum pedibus destinatam, incultis meis & rudibus ascendere; inclytoq; huic avditorio excellentissimorum & eloqventissimorum virorum orationibus affatim ebrio, tenuem, exilem, & omnibus oratorii liqvoris saporibus destitutam declamationem meam propinare. Vsu hoc evenire solet illis, qvi nullâ ingenii felicitate nati; nullo nitidioris doctrinæ honestamento ornati; nullâ ætatis gravitate conspicui; nullâ dicendi festivitate jucundi; festivas, graves, doctas & ingeniosas cultissimorum virorũ avres ad ingenio perfecta; elaborata industriâ, polita arte assvetas, frigidis suis & rigi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

dis demulcere ſtudent oratiunculis. Qvorum titulis me qvoq; ſubſcriptũ video; qvoniam examinato ingeniolo meo ad ſolidioris eruditionis libræ trutinam, & judicio ad honeſtiſsimarũ doctrinarũ ulnam reqviſito, ſubductâq; ratione omniũ; omnia illa de qvibꝰ modò dixi, in me confluxiſſe reperio. Exigo in me & à me ingeniũ; rude invenio & incultum; examino eruditionem; tenuis ſeſe offert & exilis; perpendo ætatem; juvenilis eſt, & ad tanta munera obeunda inſveta; æſtimo dicendi facultatem; voſmet ipſi ex hoc loco me non eloqventem, ſed hæſitantem, non dicentem, ſed balbutientem avditis. Hæc impedimenta omnia, licet mihi nullos floſculos colligenti, nullos dicendi lepores & feſtivitates avcupanti, in ipſo veſtibulo orationis meæ obviam proceſſerint; animum tamen à conatu meo avertere, deterrere, avt mutare nullomodo potuerunt. In qvo ſupra modum animũ mihi addidit, alacremq; reddidit, ingens illa, ac perſpecta mihi & penitùs cognita, humanitas

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

& benevolentia veſtra, quâ omnes, qvi ex hoc loco ante me dixerunt, excepiſtis. Qvâ ratione, quod verè & ad rem appoſitè cecinit cultiſsimus & eloqventiſsimus Poëta Menander; ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ, avguſtiſsimo exempli teſtimonio comprobaſtis. Qvantò enim qviſq; eruditione & doctrinâ magis pollet; tantò etiam magis ſupra alios humanitatis decore & cãdore eminere ſolet. Qvocirca non dubito, qvin humanitas veſtra firmiſsimo eruditionis fundamine ſtabilita, cùm audaciæ, tum etiam infantiæ meæ candidè ſit datura veniam. Qvòd equidem vos eò libentiùs facturos eſſe mihi perſvaſum habeo: ubi intellexeritis, ut intelligitis, me non ſtudio oſtentandi ingenium (qvod perexiguum in me eſſe ſentio) neq; eruditionis jactandæ gratiâ, (qvam admodum curtam & exilem eſſe ingenuè fateor.) Etenim in hanc cathedram conſcendo, ac in Solem, ut dicitur, & pulverem prodeo, ut exerceam vires ingenii ac ſemina illa, qvæ in hoc illuſtri Gymnaſio dili-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

genter colui, omni ratione fovi, alui, avxi, efferant qvodammodo ipſa ſe, & qvaſi facto declarent, me non fuiſſe otioſum & oſcitantem illuſtriſsimæ hujus ſcholæ alumnum. Qvare inſigni veſtrâ & pari humanitate fretus & confirmatus, ad materiam, de qvâ in præſentiâ avdaciùs potiùs qvā efficaciùs & ornatiùs dicere decrevi, deſcendam. Qvâ in re non multum mihi elaborandum eſt, ut nova comportem: non enim cantilenæ ſunt hæ, qvibus novitas, ut ait Talemachus, addit gratiam: ſed res, qvibus antiqvitas conciliat avctoritatem; & revera ſi apta ad id, qvod mihi propoſitum eſt attulero, qvibus ea cunq; verbis extulero, eo ipſo me ſatis ornatè dixiſſe arbitrabor. Agite igitur viri ampliſsimi, & cum aliis nominibus, tum hujus de qvo dicere ingredior negocii ſcientiâ & cognitione clariſsimi: agite ſtudioſi juvenes, qvorum florida adhuc & tenera ætas, in paris gloriæ ſpem, eodem qvaſi Muſarum lacte educatur: date mihi, obſecro, pavlliſper vos, veſtrasq; aures &

ani-

animos; meq; cum benevolentiâ av-
dite & æqvanimitate.

Magna inde uſq; à priſcorum Phi-
loſophorum tempore de genere co-
metarum, qvi omnium ferè hominũ
mentibus maximum incutere ſolent
terrorem, inter Naturæ peritos, vi-
guit controverſia. Qvidam ardentes
ejuſmodi in ſublimi lampades, non in
fluxis, ſed conſtantibus: non in cadu-
cis, ſed æternis; non in elementarib9,
ſed cœleſtibus; non in obſcuris, ſed
nobilibus naturis poſuerunt: conſti-
tutoq; tertio qvodam ſtellarum ge-
nere, ad gloriam eas dignitatesq; ſtel
larum, qvantum in ipſis fuit, evexe-
runt. Qvidam contrà abſtruſam re-
rum naturam diligentiùs pavllò &
accuratiùs rimati, hanc ſententiam
tanqvam veri fidem excedentem re-
ſpuerunt & improbârunt; ac proinde
cometas ab omni ſtellarum numero
& cenſu excluſos, corporibus incon-
ſtantibus aſſcripſerunt; ſubſtantiis im-
perfectis ſubjecerunt; naturis fluxis
annumerârunt; meteora nominârunt.
Horum ſententiam ut vetuſtiſsimam;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ita veritati magis conſonam & con-
ſentaneam eſſe arbitramur: atq; ob id
patrocinio noſtro havd fravdari patia
mur. Qvod qvidem tantò tutiùs veri-
tati deferre nos poſſe exiſtimamus,
qvantò ſimplicior eſt ejus oratio, ſic-
ut Evripides ait: ἁπλοῦς ὁ λόγος τῆς
ἀληθείας ἔφυ.

Vt avtem de genere cometarum
non mediocris inter naturalium rerũ
ſcrutatores lis eſt, ita magni nomi-
nis Philoſophi de eorundem lo-
co avt ſubjecto diſcrepantes alunt o-
piniones. Ariſtoteles enim & Ariſto-
telicæ doctrinæ addicti, in regione aë-
ris ſupremâ, qvã Lunæ orbi aſſuunt,
omnes naſci ſtatuunt; in cœlo nîl ge-
nerari aut corrumpi arbitrati. Ab hac
ſententiâ deflectentes moderni qvi-
dam intra cœleſtium corporum orbi-
culationes parallaxium invictâ veri-
tate confirmati, omnes collocare
avdent. Qvidam contrà dicto Poëtæ
——————*Medio tutiſſimus ibis*,
avdientes; mediam qvandam inter
nominatos jam Phyſicos ſententiam
tenent; fretiq; ſuis qvibuſdam argu-
men-

mentis, aſſerunt qvoſdam cometas in aëre, qvoſdam in æthere conſiſtere. De hiſce omnibus qvantumvis diſcrepãtibus inter ſe opinionibus, qvid ſentiendum ſit, & qvæ ex illis ad veritatem proximè accedat, in ſecundâ propoſiti noſtri parte aperiemus. Intelligis ergo, Concio ampliſsima, totam noſtram diſputationem fore bipartitam: primùm enim diſſeretur de Genere cometarum: deinde de Loco capiente cometas. utraq; pars habet magnas difficultates, & difficiles explicatus; qvi non ex plano & facili, ſed ex arduo petuntur. Proinde gravitate & pondere propoſiti penè oppreſſus, planè conciderem: niſi benevolentiæ & favoris veſtri columnis ſuffultus, ſuſtentarer.

Diximus ad veri exiſtimationem propiùs illorum accedere ſententiam, qvi in hac parte Ariſtotelem Philoſophorum principem, & alios antiqvioris dignitatis Philoſophos ſeqvuti, cometas in cœleſtium corporum præſtantiſsimum & regium cœtum ſublimari, ibiq; ſtellarum æternâ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

majeſtate coronari, non patiuntur. Qvid enim vetat, affirmare incõſtantes haſce faces, nihil cum ſtellis, ab omni corruptione liberis, habere commercii? Sunt profectò illæ nullis certis durationis limitibus circumſcriptæ: accedente copioſiore nutrimento ad oculum creſcunt: materiâ verò pavllatim conſumptâ rurſum decreſcunt, atq; tandem plenè & planè in nihilum rediguntur. Qvòd ne à meipſo havſtum videatur, adduco Ariſtotelem ὁμόψηφον nobilem: qvi ſcriptum reliquit, omnes hujusmodi lãpades, ſuo tempore viſas, ſine occaſu extinctas eſſe, id eſt, ut interpretatur Alexander Aphrodienſes, ſupra horizontem: cum aliquantò ante occedere deſiiſſent, & longiús à finiente circulo, ut fit propter attenuatam materiam, avolaſſent. Seneca qvoq; Philoſophus (quanqvam hic alteram aliâs tueatur ſententiam, tamen qvin ad noſtri propoſiti probationem hæc ejus teſtimonia faciant non dubium eſt) hoc ipſum non obſcurè indicat, inqviens: *Poſt mortem Demetrii regis*

Ariſt. lib. 1. Meteorolo. cap. 6.

Seneca Phil lib 7. nat. qvæſt. cap. 15.

Syriæ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Syriæ, cujus Demetrius & Antiochus fuere filii, pavllò ante Achaicum bellum cometes effulſit, non minor Sole. Primo igneus & rubicundus orbis fuit, clarumq; lumen emittens, qvanto vinceret noctem; deindè magnitudo ejus deſtricta eſt, & evanuit claritas. Novißimè autem totus intercidit. Non diſsimile eſt, qvod alibi idem annotat Seneca, clavum Imperii, rerumq; ſummam obtinente Archelao Macedone, apparuiſſe cometam initio exilem & tenuem, qvi ſucceſſu temporis creverit, ac ſe diffuderit, totamq; viam lacteam cõpleverit. Huc accedit clariſsimi viri Jacobi Milichii ſilentio havd obliterandum teſtimonium: qvi tres hujusmodi lampades pavllatim attenuatas, tandem ſupra horizontem diſparuiſſe, in ſecundi Pliniani libri explicatione ſe vidiſſe *In cap. 25.* clarè & apertè affirmat. Sed cur teſtimonium adduco Ariſtotelis, ſummi Philoſophi? Cur Senecam, latinũ illum Sapientem pro me allego? cur Milichianum in hac cavſâ ſuffragiũ avcupor? Multos in hoc conſeſſu doctiſsimo adeſſe: multos in hâc civitate ſupereſſe; multos adhuc alibi

vivere opinor: qvibus illum inavditæ magnitudinis cometam anni 1577 pedetentim attenuatum, tandem in Pegasi Asterismo expirasse notũ sit. Idipsum, ne ulteriùs progrediamur, huic, qvi ante dies aliqvot obscuro qvodam lumine micabat, contigisse, nemo nostrûm est, qvi in dubium vocare poterit. Sicut ergò cometas tantæ vicissitudini subjectos esse palam est; ita vice versâ à cœlestiũ corporum naturali majestate, nihil alieniùs, nihil magis absonum, nihil magis abhorrens cogitatione fingi potest, qvàm avgeri, minui & consumi. Nam qvod septimam Pleiadum ante excidium Troianum cæteris luci-diorem fuisse, tuncq; disparuisse fingunt Poëtæ; fabula est non historia. Qvis namq; Philosophantium negârit omnes Æthereæ regionis stellas eandem magnitudinem, numerum & formam retinere: qvâ semel in primævo rerum ortu à supremâ illâ Mẽte, sunt dotatæ? Qvis contra affirmaverit, Lumina illa cœli; Oculos illos universi Mundi clarissimos capere

Cometa anni 1577

incre.

incrementa & decrementa: generari & corrumpi; avgeri & minui? Nemo hoc affirmabit; nemo illud negabit, qvi modò ſenſus ſui & rationis ſit cõpos; qvi modò cum ratione non inſanit. Etenim eaſdem ſtellas qvas olim antiqviſsimi Aſtronomorum Timocares, Hypparchus, Albategni9, Ptolemæus & alij annotârunt; adhuc à modernis eâdem magnitudine, eodem numero, eâdem formâ obſervari, atq; iiſdem nominibus appellari, ſine omni dubitatione firmum & ratum eſt. Præclara ſunt, ac ut memoriâ digniſsima, ſic ad rei propoſitæ veritatem fidemq; maximè facientia, qvæ legũtur in Jobo viro ſanctiſſimo & antiqviſsimo *Qvi facit Arcturum, Orionem & Pleiades, ac penetralium Avſtri ſydera.* Item, *An conſtringes delicias Pleiadum: avt lora Orionis diſſolves? Educesné remotiora ſigna qvodq; tempore ſuo? avt Arcturum cum filiis ſuis duces?*

Job. Cap. 9. verſ. 9.

Idem cap. 38. verſ. 31.

Neq; verò qvicqvam nos movent illorum ſubtilitates, qvi hujus aſſertionis veritatem Lunæ variis apparitionibus & phaſibus evertere ſe poſſe putant.

putant. Lunam enim pro vario ad Solem situ, variâq; basium illuminationis & visionis intersectione, modò falcatam, &, ut Plinii verbis utar, in cornua curvatam formam, modò æqvâ devisam portione faciem; modò gibbosam: modò circularem imaginem, illæso tamen corporis sui sistemate, oculis aspicientium objicere omnibus, qvi prima Astronomiæ fũdamenta jecerunt, in explorato est. Ejusdem valoris eorum videtur esse commentum: qvi singulares qvosdã in cœlo orbes fingunt, in qvibus crinita hæc & barbata sidera cursum suum continuare statuunt. Ex hisce fictitiis cometarum orbib9 existimant sese apparitionis & disparitionis, avgmentationis & diminutionis, adamantinam & chalybeam reddere & enodare posse rationem. Sicut, inqviunt, aliâ atq; aliâ Planetæ apparent magnitudine; & modò in conspectum nostrum prodeunt, modò verò qvasi evanescunt, pro variâ orbium & epicyclorum suorum circumgyratione: ita etiam cometæ pro vario or-
bium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

bium suorum motu, modò avgeri, modò minui, modò apparere, modò etiam sese nostro aspectui subducere & qvasi extingvi putatur. Hæc eqvidem Planetis contingere, qvamvis Astronomica confirment principia, & nos ipsimet confiteamur: tamen eadem illa cometis congrua esse, demonstrari ab ipsis tam posse arbitramur, qvàm qvod minimè. Qvem sensum non mediocriter mihi confirmat barbatum illud jubar, anno 1577 non sine summâ admiratione visum, qvod primo apparitionis tempore tam inavditâ & insolēti fulsit magnitudine, ut totius Dodecatemorii spacium, hoc est, 30 gradus & ultra corpore suo occuparet; ut de hoc optimo jure dici potuerit, qvod Poëta de qvodam cecinit:

Inavdita magnitudo cometæ anni 1577.

Se negat huic similem vidisse prioribus annis
Tota Lycaonio subdita terra polo.

Qvòd cum verissimum sit, non immeritò quæritur, cur cometa hic, qvi orbis beneficio pavllatim, ut illi avtumant, ad nostrum conspectum promovendus, magnitudinis incremen

men

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

mentum ſuſcipere, ſecundum eorum placita, jure debuiſſet, atq;, ut cum Seneca loqvar, qvi creſcere debuiſſet qvò propiùs accederet; tam vaſto & horrendo, minimeq; creſcēte corpore primo ſtatim manifeſtationis tempore, coruſcabat? Ex ſuperiori profectò cœli regione (ubi in immenſâ & incredibili diſtantia cometas latitare fingunt) ad noſtrum conſpectū ſubitaneo qvodam impetu devolutū fuiſſe, nulli ſanè perſvadebunt; niſi qvi cœleſtem ἐυταξίαν & harmoniam everſam atq; turbatam; qvi commenticiis orbibus inavditum & ab exactiſsimo cōſtantiſsimoq; cœleſtium corporum motu alienum & prorſus diſſentaneum raptum fingere voluerint.

Verumenimverò dum hâc ratione rationi occurro: hoc reſponſū ab ipſis refero. Cometa ille, de qvo modò dixiſti, non potuit ab initio videri; nō potuit incrementum ejus animadverti; non potuit motus obſervari: qvia toto illo tempore, qvo è ſuperiore loco in inferiorem ſe tulit, radiis ſolari-

ſolaribus tectus fuit, iisq; qvaſi captus & involutus; à qvibus tandem liberatus in oculos hominum incurrit; corpus ſuum ſplendidum oſtendit, motumq; corporis Aſtronomis notandum præbuit. Atqvi verò cùm cometarum maximam partem Heliaco ortu à Sole proficiſci liqvidò cõſtet, atq; idipſum Cometæ anni 1577 accidiſſe obſervatũ ſit: hanc aliqvid ponderis habituram reſponſionem cõcederem9; niſi ipſis fortaſſe palàm eſſet, cùm hunc, tum alios multos Cometas, (puta poſt primam apparitionem decreſcentes) jamjam à radiis ſolaribus deſertos, vel adhuc ipſis ex parte implicatos & perfuſos, majore apparere magnitudine & mole, qvàm cùm aliqvot dierũ avt pavcarũ ſeptimanarũ itinere ab ipſo Sole diſceſſerint. Stellas verò omnes tã fixas qvàm erraticas, cùm à Sole ſtellarum gloriâ & majeſtate, Heliaco ortu digrediuntur, ſui minorem imaginem propter majorem Solaris claritatis vicinitatem oculis aſpicientiũ imprimere, qvàm cùm longiùs inde

 deceſſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

decesserint, qvotidiana experientia certissimum reddidit. His rationibus subsidiariam operam præstat calculus Astronomorum, qvi omnium Planetarum cursus & apparentias, item qvando stationarii, qvando retrogradi, qvando velociores, qvando tardiores motu, qvando in Apogæo, qvando deniq; in Perigæo futuri sint, certissimi calculi indagine exactissimè prædicere possunt. At verò de horũ inconstantium corporum apparitionis & disparitionis tempore, qvando, qvo loco, avt qvali induta formâ, proditura sint; tantùm, qvantùm de extremi diei novissimo momento & articulo, qvi Deo soli temporum conditori notus est, pronũciare qveunt. Qvòd avtem Apianus ex infortunato superiorum Planetarũ positu Cometam exoriturum prædixerit, magis ad ipsorum commentum evertẽdum, qvàm confirmandum avt probandum valere, in aprico est. Qvæ cùm ita sint, liqvidissimè constat, è vano havstam esse opinionem eorũ, qvi non erubescunt, Cometis æternã

maje-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

majeſtatem & dignitatem ſtellarum, incertis qvibuſdam rationibus moti, aſcribere: cõtra verò certiſsimam eſſe atq; veriſsimam, noſtram aſſertionem, qvæ habet non modò graviſsimorum avctorum magnifica ſuffragia, ſed etiam conſentientem ipſiſsimam experientiam, magnam illam veritatis & certitudinis magiſtram.

Qvemadmodum avtem crinitas barbatasq; ejuſmodi lampades ſentimus liqvidum in modum creſcere, decreſcere atq; tandem planè conflagrare: ita etiam plerunq; conſtantioris & exqviſitioris motus prætereuntes terminos, prout exhalationibus naturali ſtellarum calore excitatis contingit, huc illuc incertis legibus vagabundæ obambulant. Etenim, ut clariſsimus vir Cunradus Daſipodius aſſeverat, nunc celeriter inæqvali temporis ſpacio progrediuntur, nunc qvaſi qvieſcunt & aliqvot diebus ſubſiſtunt, nunc lentiori gradu incedere obſervantur, nunc deniq; mutato curſu in aliam partem ſe vertere conſpiciuntur. Hoc ipſum

Cunrad Daſipod. in doctrinâ de Cometis & Cometarũ affectionibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Moeſtlinus in tractatu de cometa anni 1577. cap. 1. doctiſsimus vir Mœſtlinus ſuffragio ſuo approbare videtur, qvi ſuperiorū ſeculorum (putat illos, qvi ante annū 1577 apparuerunt) lampades incertis motibus vagatas atq; huc illuc impulſas fuiſſe tradit. Addo his Pontani teſtimonium, qvi Cometam primo ab ortu in ſeptemtrionem agi, donec ad Arcton veniſſet, obſervavit; idem cum jam Saturnus & Mars tecto curſu progrederentur, deinde iter ſuum flexit ab Arcto in occaſum tantâ celeritate ut uno die triginta gradus emenſ9 ſit. Jam verò attollite mecum pavlliſper animos ad Æthereas illas ſedes; ingredimini cum ratione cœleſtium corporum curiam; circumſpicite domicilia omnium erraticarum: omnium fixarum motum & conſtantiam ſubducite. Nullum Planetarum invenietis: nullam fixam offendetis; qvæ tam inconſtantem & varium habeat motum. Retinent qvippè, retinent ſtellæ; & dum mundus durabit retinebunt curſum conſtantiſsimi & elegantiſsimi ordinis, qvem ſemel in univerſorum creatione cœ-

ne cœ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ne cœperunt & acceperunt. Vult e-
nim magnus ille rerum Molitor &
mundi potentissimus Editor, natu-
ras cœlestes, qvales cœli & stellarum
nomine comprehendimus, continuâ
successione & indefesso cursu, pri-
mæva mot9 sui officia accuratissimè
& constantissimè tueri. Hinc cùm
tam fixæ qvàm erraticæ, tam certas
& ordinarias inde usq; à principio vi-
ces ortus & occasus servârint, diutur
no usu & experientiâ cum accuratâ
& diligenti animadversione ac nota-
tione eorum, qvæ eveniunt in motu
Astrorum, factum est ut beneficio
calculi omnia stellarum momenta ad
singula ferè temporis momenta præ-
dici possint. Hæc, credo, qvi Astro-
nomicorum fontium liqvores gratis-
simos, saltem obiter leviter ut canes
Nilum delibârunt, hâvd denegabũt,
nisi totius Astronomiæ veritatẽ fun-
ditùs & radicitùs extirpare volue-
rint. Experientia siqvidem Astrono-
morum modernorũ Planetas omnes
eâdem Astriferi circuli viâ regiâ in-
gredi, qvâ Ptolemæi & reliqvorum

priſcorum Aſtronomorum temporibus incedebant; & fixas eodem, qvo olim, abſolutiſsimo oriri & occidere motu, exactiſsimè convincit. Qvæ qvidem omnia qvia Cometis in ſolidum aſcribi neqveunt: meritò hîc Cometam anno 1577 exortum, cujus ſupra mentionem fecimus, inſerre qvidam poterit, qvem non ſolùm cõſtantiſsimè ſtellarum more inceſsiſſe, ſed etiam intra ipſiſsima cœli ſepta locum ſibi delegiſſe, ex obſervationibus exactiſsimis Sereniſsimi principis Landgravii Haſsiæ lavdatiſsimæ memoriæ, Tychonis Brahe, Cornelii Gemmæ, Mœſtlini, & aliorum notum eſt; ita ut viris eruditis, ſicut inqvit clariſsimus vir Pevcerus, totam à Peripateticis, de Cometarum materiâ & ſitu traditam doctrinam, vocârit in dubium. Tantorum virorum teſtimoniis, ſolidiſsimo invictarum demonſtrationum Mathematicarũ fundamento ſuperſtructis, ſuum valorẽ libentiſsimè licet concedamus, atq; hũc anni 1577 Cometam & alios, motu, loco & circumſtantiis aliis ſtellarũ

Pevcerus in lib. de Divinatione.

æmu,

æmulatos fuisse naturam largiamur; attamen qvia ex externis qvibusdam circumstantiis rem aliqvam definiri posse, omnes reclamitẽt Logici; qvin adhuc nostra sententia firma maneat & illibata, non dubitamus. Diogenes enim si Platonem præstantissimum Philosophum, hominem, relictâ formâ interna RATIONE nimirum, qvâ potissimùm à brutis & aliis rebus discriminatur, ab externis adjunctis & circumstantiis definientem, ANIMAL BIPES CARENS PENNIS, ludibrio excepit, dum gallum plumis nudatũ, hominem Platonicum appellare non dubitabat: illi sanè, qvi Cometis propter motus & loci convenientiam stellarum æternam majestatem adjudicare volunt, qvâ ratione imprudentiæ crimen effugere poterint non videmus. Neq; etiam qvenqvam Philosophãtium tam imperitum rerum, tam sui sensus ignarum & expertem existere scimus, qvi simiam in regiâ avlâ pretiosis ornatam vestibus, atq; posterioribus pedibus enervam & artificiosam saltationem explicantem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

hominem esse dicat; cum proverbio notum sit, *Simiam esse Simiam etiamsi avrea gestet insignia.* Eâdem planè ratione Cometã esse Cometam, etiamsi in stellarum regio palatio candido vestitus lumine motum seqvatur stellarum existimandum est.

Hîc ordinis ratio, ut generationis Ætheororum Cometarum rationem reddamus, postulare videtur; verùm qvia tractatio illa potiùs ad secũdam nostræ orationis partem spectare videtur hoc loco motuum Cometarũ cavssas, qvas Physici statuunt, exponere tentabim9. Qvòd itaq; Cometæ genuinarum stellarum instár motu diurno oriuntur & occidunt, propriâ & insitâ illis facultate havd fieri demonstrant Physici. Eos enim qvi infra Lunam generantur (hos avtẽ, qvi supra Lunam conspiciũtur, cum ipso cœlo, cui inhærent circumvolvi nemo est, qvi dubitat) motu primimobilis, supremam aëris regionem, in qvâ domicilium parârunt, circumducentis, moveri docent. Motum verò flexum, qvo secundum seriẽ signorum

rum aliqvando feruntur ductu & impulſu eorum Planetarum, à qvibus excitantur & accenduntur fieri tradunt. Neq; hoc loco ſilentio prætereundum eſt, qvòd inſignis & opinione vulgi major vir Dn. Pevcerus prædictum Cometam anni 1577 principiò incitatiori curſu proceſsiſſe annotavit. Cui etiam aſtipulatur Mœſtlinus, qvi apertè ſcribit illum Cometam indies magis magisq; ad Zenith (ut vocant) appropinqvaſſe initiò velociſsimè incedendo, pavllatim verò curſum ſuum cohibendo, donec in fine apparitionis tardiſsimus efficeretur. Qvare in ſtellarum æqvali ſemper velocitate incedentium gregem, hũc Cometam non referri poſſe, in plano eſt.

Pevcerus in libro de Divinatione.

Mœſtlinus tracta. de Cometa anni 1577 cap. 1.

Non igitur cometicæ perpetuitatis patroni, evincent ex motu Cometas eſſe ſtellas; nec ſatis demonſtrare poterunt, qvo ſtellarum genere cavdata hæc & barbata genera comprehendi velint. Non enim arbitror ipſos ignorare, à priſcis ſapientibus duo ſtellarum genera, deſtinctione planè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

præclarâ, & eâ, qvæ de venerãdæ antiqvitatis ſapientiâ eſt, opinione dignisſimâ, eſſe notata & cõſtituta, qvorum unum eſt in ſtellis Fixis, alterum in Errantibus. Jam verò non opinor fore, ut vagabunda illa atq; incerta corpora, in Fixo ſtellarum genere collocent. Stellæ enim Fixæ omnes eandem prorſus diſtãtiam inter ſe, qvam in primâ creatione ſemel adeptæ ſũt ad præſens uſq; momentum ſine ullâ variatione retinent: loca finesq́; ſibi præſcriptos, ex amuſsim tuẽtur. Neq; enim Pleiades propiores fieri Suculis; neq́; Sirium propiùs moveri ad Geminos; neq́; Pegaſum extruſo Delphino hujus locum occupare; neq; Leonem ſtellas ſuas cum ſtellis Cancri commiſcere certiſsima experientia indubitatum reddidit. Videmus etiã, ut alias innumeras ſtellas omittam, exorto Orione, Arcturo, utrâq; urſâ, ſimul vicinas apparere ſtellas (qvales ſunt Lepus, Corona ſeptemtrionalis, Caſsiopeia, Cepheus, & Andromeda) eâdem planè diſtantiâ & ſerie, qvâ vetuſtiſsimi qviq; annotârunt

târunt Aſtronomi. Verumenimverò fatuum illud ſtellarũ genus non manet uno ſemper loco immotum; non eandem cum ſtellis, in qvarum viciniâ accenditur, perpetuò retinet diſtantiam. Cometa, qvem Milichius anno 1531 obſervavit, modò ſedem fixit in Leone; modò in Virgine, modò in Librâ; itâ ut uno die aliàs ſex, aliàs qvinq; , aliàs qvatuor confecerit gradus. Idipſum planum fecit Cometa anni 1577 qvi viam itineris ſub ultimo cœlo delegit circulum magnum ab arcu Sagittarii recta ad Pegaſi pectus. Sedem enim à primæ apparitionis loco ſibi qvæſivit aram Antinoi; poſt aram Antinoi Eqviculum; poſt Eqviculum pect9 Pegaſi; donec tandem totus evanuit priuſqvam ſtellas Pegaſi lucidiores, qvas in qvadrangulari figurâ poſitas crucem Salvatoris vulgus vocare ſolet, conſeqveretur. Sed qvid remotiora à memoriâ hominum exempla ex alto repeto: in promtu eſt, & recenti memoriâ, vivũ & adhuc ſpirans exemplum illius Cometæ, qvi ante dies aliqvot conſpiciendum

Milichius in ſecund. libr. Plin. cap. 25.

Mæſtlinus in præſcripto tractatu cap. primo.

endum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

endum se præbuit, ad verticem capitis sensîm tendendo: qvi locum primæ apparitionis qvàm variè mutaverit, ipsi deprehendimus. Neq; verò nova illa stella, qvæ anno 1572 in ipsissimâ sphærâ octavâ sub sidere Casiopeiæ hærere visa, cum plerisq;, mũdo coevis stellis, formæ & luminis præfulgidâ majestate ita certabat, ut nihil à genuinis stellis differre, imò plerisq; præstantiorem fuisse omnes fateri cogerentur, hanc nostram assertionem impedit. Taceo enim qvòd successivè tam qvantitate qvàm lumine imminuta, ante sesqvialterum annum ab exortu suo disparuerit; eandem etiam cùm præstantes Astronomi: tum imprimis Redivivus ille Ptolemæus, meritò sic nominandus, Tycho Brahe potiùs miraculis qvàm stellis avt meteoris annumerandam esse arbitratur. Cujus verba hæc sunt: *Effulsisse* (inqvit Tycho) *novam aliqvam stellam, qvæ à mundi primordiis nusqvam antea patuerit, eandemq; ultra integrum annum in eodem cœli loco perseverasse, atq; successivè tandem disparuisse, MIRACULUM*

Novam stellam anni 1572 inter miracula refert Tycho Brahe, in monumento qvodam de hâc ipsâ edito pag. 316.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

LuM eſt, omnium hominum expectationi & captu majus, & inter ea, qvæ à primævâ mundi origine in totâ rerum naturâ extiterunt, literisq́; prodita ſunt admiranda ſpectacula; ſi non maximum, ſaltem illis æqviparandum; qvæ in Solaris curſus inhibitione tempore Joſvæ facta; ejusdemq́; retractione oſtendente Gnomone Scioterici ab Achas rege extructi, cum decumberet Ezechias Rex Juda; avt etiam obſcuratiõe Solaris luminis, eo die & horis eveniente, qvando Salvator noſter CHRISTuS Dei filius, victimam Æterno Patri pro redemtione generis humani in arâ crucis ſeſe obtulit; abſcondente tunc Sole vultum ſuum, terrisq́; lumen & radios invidente, tanqvam eum, per qvem omnia, tũ ipſemet Sol reliqvaq́; univerſi mundi corpora, tam cœleſtia, qvàm terreſtria condita eſſent, hominem factum, pro humano genere mortem ignominioſam ſubire, rem tam indignam, cernere recuſans, faciemq́; præ commiſeratione atq́; pudore obvelans. Hactenus ille. Ex hiſce jam commemoratis omnibus firmiter concludimus: Cometas non poſſe ad ſtellarum fixarum genus referri: qvoniam inſignis eorũ

eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

est varietas ut in motu sic etiam in loco. Nunqvid ergo in errantium genere habebimus? Habent profectò assertores æternitatis Cometarum; qvi tantùm honoris, tantùm dignitatis deferunt crinito isti & cavdato generi, ut in avgustissimo Planetarum cœtu & concione collocare ne vereantur. Pro ipsis esse videtur varietas & diversitas locorum, qvæ cum Planetis qviddam commune habere videtur. Sed cùm hi omnes sempiterno & minimè abnormi incessu in Zodiaco regio suo palatio perpetuò dispatientur, nec metas ejus ad latum ungvem transiliant; Cometæ verò intra & extra Zodiacum generentur & moveantur, hi in Planetis censeri neqveunt. Sic Cometa ille, qvem ann9 1533 suspexit, in maximè distanti intervallo à Zadiaco in viciniâ Asterismi Pegasi apparuit, sicut observatum reliqvit Milichius. Qvibus verò hæc contingit felicitas ut intra regiæ Planetarum avlæ metas accendantur; ii statim egressi, in pedes, ut ita dicam, se conjiciunt, cum tantis dominis &

Milichius in secund. libr. Plinii cap. 25.

prin-

principibus se nihil commercii habere qvasi significaturi. Qvòd suo tempore Cometam fecisse Aristotelis ait, qvi à Sole & Zodiaco usq; ad Zonam Orionis fugam arripiens tandē deficiente pabulo extingvebatur. *Aristot. lib. 1. Meteor. cap. 6.*

Operæ precium est hoc loco perpendere subtilitatem eorum, qvi Cometas communium qvarundam affectionum gratiâ, qvibus cum Planetis nonnihil conveniunt, Planetarum numero adjungere volunt. Calefaciunt, inqviunt, Cometæ & exsiccant; qvæ sunt qvædam qvasi Planetarum privilegia. Qvàm futile & nullius momenti hoc sit, vel ipsi, qvi physicarum rerum doctrinam leviter attigerunt, considerare poterunt. Ignem enim nostrum, qvo in focis utimur, æqvè calefaciendi & exiccandi pollere sciunt virtute, nec tamen ob id inter cœlestium corporum gregem recensendum esse arbitrantur. Qvòd verò Democritus & Anaxagoras sentiunt, Cometam esse nihil aliud, qvàm concursum qvendam aut confluxum radiorum Planetarum translaticiū est,

& ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

& ex inani petitum. Qvippè notatum & animadversum est, singulos Planetarum in distinctissimis locis conspectos fuisse, eo tempore, qvo Cometa in alio cœli cardine fulgebat; id qvòd anno 1531 se observasse Milichius memoriæ prodidit. Rursus deprehensum est sæpissimè in unum convenisse Planetas: ubi tamen nullum ejusmodi comatum avt barbatum Phænomenon radiorum illorum mixtura excitatum est. Si maximè è vero havstum esset Democriteum hoc & Anaxagoreum commentum; tunc qvemadmodum Planetarum Synodos calculi beneficio præmonere possunt Astronomi: ita tempora apparituri & disparituri Cometæ ab iisdem prædici possent. Qvid, qvòd aliqvot dierũ spacio durare non possent, si ex tali radiorum coitu producerentur, cùm plurimos Cometas ultra semestre spacium fulsisse & perseverasse in propatulo sit? Nam si ex coëuntibus Planetarum radiis existerent, necessum foret, ut post λύσιν Synodi, Cometæ evanescerent, unoqvoq; Planetarum

Milichius in secund. Plinii lib. cap. 25.

luminis

luminis sui symbolum detrahente. Ejusdem farinæ est Hippocratis Coi opinio: qvi Cometas ratione corporis stellares, cavdæ verò ratione elementares esse asserebat Ratum certè & fixum manet qvòd supra probatum est, & in diem qvasi demonstratum, nullam ac ne minimam qvidem stellulam mundo coævam in nihilum esse redactam. Qvis verò inter Astronomos, tam stolidus est, ac oculorum suorum expers, qvin notârit, qvin observârit, Cometas non tam qvò ad cavdas, qvàm qvò ad ipsissima corpora fuisse pavllatim deminutos, & tandē planè & plenè extinctos? Neq; Hippocrateam hanc opinionem tueri potest qvòd Aristoteles asserit, ab Ægyptiis animadversum, Planetis etiam nonnunqvam adhæsisse crines, seq; in stella ad coxas Sirii idem spectasse: nec qvòd Aristotelē seqvutus Plinius affirmat dicens: *Sparguntur aliqvando & errantibus stellis cæterisq; crines.* Nam ejusmodi comæ statim, illæso omninò corpore, cui adhæsisse videbantur, ab oculis ho-

Arist. lib. 1 Meteorol. cap. 6.

Plin: lib. 2. cap. 25.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

minum ſeſe ſubducunt, ac iterum evaneſcunt. Probabile eſt hoc ſtellis accidiſſe ex medii aëris idoneâ ad eam rem diſpoſitione, nimirum avt propter tenuiſsimas atq; rariſsimas, avt propter nimis longinqvas, & ad qvas acies oculorum penetrare neqvivit, exhalationes in aërem intermediũ elevatas; ſicut parelios, paraſelinas, virgas, halones & hujuſmodi alia meteora propter peculiarem intermedii aëris conſtitutionem freqventiſsimè conſpici notum eſt. Ejuſdem porrò valoris eſſe videtur Cardani opinio, qvi in principio libri de rerum varietate, item libro qvarto de Subtilitate aſtipulatur cavdam Cometarum ſemper oppoſitam Soli partem ad ungvem reſpicere, ipſamq; cavdam nihil aliud eſſe, qvàm penetrationem qvandam ſplendoris ſolaris, per lumen capitis Cometæ tranſeuntis; ſiqvidem id minùs clarum eſt, ideoq; nec ſine impedimento radios ſolares transmittit velut veræ ſtellæ, nec eos reflectit, ut Luna, cùm non conſtet ex tam denſâ materiâ,

riâ, ſed medio qvaſi modo ſe habeat. Qvod avtē in hunc modū cavda procreari poſsit ex ſplendore Solis, caput ſive corpus Cometæ tranſeunte, experimento comprobare intitur, per candelam Soli oppoſitam, ita ut radii Solares per ipſius flammam tranſeant, qvòd tamen Tychoni Brahe experiunti non ſucceſsit, ſicut libro de Cometâ anni 1577 teſtatur. Hanc, inqvam, Cardani opinionem nullomodo ſibi conſtare certum eſt. Nam cùm ipſam Cometæ ſtellam ſev ipſum corpus aliqvot diebus poſt integram cavdæ conſumtionē, ateſtante etiam illo, qvi noviſsimè fulſit, apparere experientiâ deprehenſum ſit, ſtatim hanc ſententiam collabaſcere & corruere non dubium eſt. Tycho Brahe qvoq; præſtantiſsimus Aſtronomus Cometā anni 1577 toto apparitionis tempore, cavdam ad amuſsim, non in oppoſitas partes à Sole, ſed exqviſitè à Veneris ſtellâ porrexiſſe avctor eſt; atq; ob id ejus cavdam ex penetratione ſplendoris Solaris nullo modo ortam fuiſſe indubitanter ſeqvitur.

Tycho Brahe lib. de Comet an. 1577 pag. 182.

Ibib. pag. 164.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Duo ſunt qvæ hactenus probare ſtuduimus; Cometas neq; in Fixo, neq; in Erranti genere bono titulo haberi poſſe. Nunc anteqvam progrediamur ulteriùs, animos pavlliſper adjiciemus ad ἀνομοιότητα figuræ Cometarum & ſtellarum; qvo facto non leue naſcetur argumentum, qvod Cometas de ſtellarũ gradu dejiciet. Stellæ eqvidem per ſe omnes eandem perpetuò formam, eandem ſemper figuram circularem, gibboſam, & qvaſi exactiſsimâ rotunditate tornatam, conſtantiſsimum in modum ſartam ac tectam conſervant. Cometæ verò nunc hâc, nunc aliâ atq; aliâ ſpecie conſpiciuntur: qvibusq; non Proteus avt Vertumnus plures induerit formas. Pro variâ etenim materiæ, qvâ conſtant, diſpoſitione, modò crine ſangvineo horrentes (ut cum Plinio loqvamur) & comarum more in vertice hiſpidi cernuntur: modò jaculi more vibrantur ocyſsimo ſignificatu; modò breviorem & in mucronem faſtigiatam formam referunt; modò doliorum apparent

Plinius libro Secundo: cap. 25.

figurâ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

figurâ in concavo fumidæ lucis; modò cornu ſpeciem repræſentant; modò lampadis ardentis imitantur facem; modò eqvinæ jubæ ſimilitudine conſpiciuntur; (qvam in haſtam mutatam fuiſſe, olympiade centeſimâ ſextâ, urbis anno trecenteſimo nonageſimo idem refert Plinius) modò candido & argenteo lumine ita refulgentes, ut vix contueri liceat, cernuntur.

At hîc video mihi negocium non leve faceſsere graviſsimum & acutiſ- *Seneca*
ſimum Philoſophum Senecam, qvi *Philoſo*
ſententiam ſuam defenſurus ait: To- *lib. 7 na-*
ta mundi concordia à diſcordibus *tur. qvæſt.*
conſtat. *cap. 27.*
Non vides qvàm contraria inter ſe elementa ſunt, grauia & levia ſunt, frigida & calida, humida & ſicca. Non ad unam formam natura opus ſuum præſtat, ſed ipſa varietate ſe jactat; qvocirca non referre putat, qvò minus Cometæ ſint ſtellæ, licet forma non reſpondeat ad exemplar. Etſi avtē vero conſonum eſt qvòd ait Seneca, natura varietate ſe jactans maximam formarum effinxit varie-

tatem : qvis tamen idcircò avt canē bovē, avt murem elevantū, avt anserem eqvū, avt passarē camelum, atq; ita Cometam stellam, esse dicat qvia natura non ad unam formam opus suum præstet? Nulli, credo, qvibus sana mens est; nulli qvi in Philosophicis mediocriter versati nulli; qvi sensu tantùm communi sunt præditi hoc statuere avdebunt; nisi fortè

Candida de nigris, & de candentibus atra

facere voluerint. Possem hic evagari latiùs, & rem vivis ac spirantibus aliqvamplurimis argumentis demonstrare; nisi me brevem esse tempus admoneret. Mihi enim properandum est necessariò, ut ea, qvæ supersunt sine morâ exponam; ne benevolentiâ & benignitate avrium atq; mentium vestrarum, qvas dicenti mihi adhibetis abuti videar. In antecedentibus, ejus generis rationes à me comportatas, & in medium adductas esse arbitror, qvibus Cometas esse è genere & familiâ meteororum; neq; qvenqvam eos jure in album stellarum referre posse, satis luculenter demonstratum fuerit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Supereſt ut parem animum appli-
cem ad reliqvam declamationis meæ
partem; ubi locum ediſceram in qvo
Cometarum corpora ſint ac conſi-
ſtant. Ampliſsima ſanè hic duſpu-
tandi nobis oblata ſeges eſt; & qvæ,
ſi juſto dicendi filo colliganda eſſet,
peculiarem qvandam orationem re-
qvirat; ſed ea mihi contrahenda &
in qvampavciſsima conferenda.
Inveterata eſt, atq; omniũ ferè Aca-
demiarum pulpita replevit ſententia
Ariſtotelis; qvæ certitudine qvaſi
cum oraculis Delphicis certans, in
multorum mentibus tam firmas egit
radices, ut inde nullo labore extirpa-
ri qveat; intra cœleſtia mundi thea-
tra nihil novi, qvod ipſi Cœlo con-
genitum & coævum non ſit, unqvam
prodire poſſe. Cœlum volunt nullis
generationum, nullis corruptionum
viciſsitudinibus alligatum; ſed qvòd
perpetuis legibus aſtrictum, ſit con-
ſtans & æternum. Ortus verò rerum
& interitus, item alterationes, & o-
mnis generis μεταβολὰς alias, elemen-
tari mundi parti, intra Lunaris ſphæ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ræ cavitatem contentæ, ſolummodò aſcribunt. Ex qvo factum eſt ut ullum Cometam extra elementaris imperii limites, intra Cœli terminos conſtituere, avt alibi etiam qvàm infra Lunã accendi affirmare ἄτοπον & nimis inſolens ipſis videri poſsit. Itaq; ſi Socrates præſente Phædro amorem vituperaturus, facere id non ſuſtinet, anteqvam pallio caput velaverit; multò me magis verecundari æqvum eſſet in tantâ doctiſsimorum hominum congregatione, prolabentem nonnihil ab eâ opinione, qvæ ut antiqviſsima videtur, ita etiam uſitatiſsima, in aliam. Verum, enimverò facilè me veniam à vobis impetraturum confido, ſi ad tritum illud verbum animos pavlliſper adjeceritis: *Philoſophari cuiq; liberum eſt.* Et qvis eſt, qvi cogitet,! Philoſophiam eſſe ullius hominis avctoritati alligatam; niſi fortè, qvi alienæ opinionis mancipium eſſe voluerit; Ad hæc nihil in hanc ſententiam adferam, qvod in meo cerebro natum ſit; ſed qvod à præſtantiſsimis Mathema-

thema,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

thematicis inventum, & gravissimorum virorum suffragiis approbatum est. Neq; verò mirum est eos interdum labi & hallucinari, qvi rerum naturalium arcana multis magnisq; obscuritatibus involuta, & in intimis Naturæ recessibus abdita & retrusa, acumine suo scrutari cupiunt. Etenim tanta est Naturæ caligo, tanta & tam inexhavsta abyssus: ut mens humana ad secreta ejus, ea præsertim qvæ a sensuum amplexu longiùs abvolârunt sit tanqvam ὀφθαλμὸν νυκτυκόρακος ad clarissimum diei lumẽ, ut scitè loqvitur 2 Metaphysicorum Aristoteles, Qvapropter nemini insolens & novum videri debet, si interdum ea, qvæ temporum diuturnitate, & excellentissimorũ virorum avctoritate stabilita, ratissima & certissima videantur, per se sint fallacia, incerta & instabilia, atq; aliter multò se habeant, qvàm proponuntur & explicantur. Qvo pacto nos qvibus ex singulari Dei benignitate & gratiâ sacrarum literarum mysteria patefieri contigit; qvantum-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

vis vetustate multâ suffultum Aristotelis dogma, de æternitate Mundi, hodierno die falsum & impium esse deprehendimus. Pari planè modo clarissimorũ virorum, qvos longa & multiplex rerum experientia cavtos & providos effecit, hodiernæ calculationes, fidelissimæ observationes, exqvisitissimæ demonstrationes, atq; exactissima instrumenta & machinæ Astronomicæ, hoc qvod pavllò ante exposui Aristoteleum placitum ex incerto & vano petitum esse, indubitatò demonstrant. Sed ne qvis hoc ad invidiam & reprehensionem Aristotelis, qvem aliàs suspicio & magni facio, à me confictum existimet: habeo nobilissimum tam ingenio & doctrinâ, qvàm genio & genere Tychonem Brahe, qvi omnes Cometas, qvotqvot ab anno 1576 ab ipso observati sunt, intra avgustissima cœli atria locum fixisse ex certissimis parallaxiũ doctrinæ fundamentis luculenter demonstrat. Hujus sanè viri testimonium plavsibilibus conjectationibus & palliatis placitis optimo jure præponi

Vid. secũd. ejus lib. de ætherei mundi recentioribus Phænomenis.

ni

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ni poſſe videtur, cùm propter inſignẽ ejus in hâc arte peritiam, tum etiam propter exactiſsimorum inſtrumentorum & organorum mathematicorum poſſeſsionem, qvorũ maximam copiam in arce ſuâ Philoſophicâ, Vraniburgo unicæ huic arti excolendæ dicato, incredibili ſumtuum impenſione exqviſitiſsimè fabricatorũ, ſummâ animi tam voluptate qvàm admiratione videre licet. Sed ſunt & alii clariſsimi viri atq; præſtantiſsimi Aſtronomi, qvi in Tychonis Brahe ſentẽtiam pedibus euntes, hoc qvoq; Ariſtotelicum commentum, infirmârunt, improbârunt, damnârunt. Cornelius Gemma vir & Aſtronomus undeqvaq; eruditiſsimus, & in hoc ſtudiorum genere hæreditate qvaſi paternâ, exercitatiſsimus, Cometam illum anni 1577 (ut nihil dicamus de ſtellâ illâ novâ anni 1572. qvam ex Sphærâ octavâ fulſiſſe in primâ parte diximus) intra Mercurii Spæram, ſedem ſuam poſuiſſe doctiſsimè demonſtat. Idipſum affirmat Mœſtlinus, qvi hunc Cometam trium horarum ſpa-

Vid. ejus Apodixin Phyſicam & Mathe. de prodigioſâ ſpecie Cometæ an. 1577.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Vide ejus observatio: & demonstrationem Cometæ ætherei anni 1577.

Vide ejus Theoriam novam cœlestium meteωrωn capite 6.

ſpacio, nullam parallaxin ſev aſpectus diverſitatē admiſiſſe avctor eſt; qvòd qvidem fieri non potuiſſet, ſi infra Lunæ Sphæram motum ſuum exercuiſſet. Etenim in Lunâ ſenſibilis parallaxis ſev motus diverſitas ſemper deprehenditur. Heliſæus qvoq; Rœſlin, Medicus Tabernis Alſatiæ, inter alias rationes qvibus æthereum fuiſſe eruditè convincit; etiam hanc non inconcinnam adducit, inqviens: *Ex Phyſicis conſtat, nullū phænomenon, qvod ſit inferius orbe Lunæ, velociùs perfectiúsve moveri curſu diurno ipſâ Lunâ. Nam qvò qvæq; Sphæra propior eſt primo mobili: eò velociùs perfectiúsq; movetur motu primi mobilis, tardiùs avtem motu proprio; ac viciſſim qvantò à primo mobili longiùs removentur phænomena, tantò ab eo velocitate recedunt. Conſtat avtem hunc Cometam velociùs perfectiúsq; promotum fuiſſe ipſâ Lunâ motu ſcilicet primi mobilis, tardiùs avtem motu proprio. Nam cùm Luna ſingulis diebus motu proprio perficiat ad minimum XI gradus; ille Cometa duplò aut triplò tardior fuit ipſâ Lunâ, etiam cùm velociſſimus fuit; poſteriùs avtem multis vicibus tarditate Lu-*

nam

nam superavit, hoc procul dubio nomine, qvia minùs reniti potuerit motui raptus & primimobilis. Qvare etiam constat hujus motum perfectiorem fuisse, et supra Lunam collocandum esse. Hæc ille. Extant sanè in alteram partem doctissimorũ qvorundam virorum scripta, qvibus cavdatum istud jubar, in sublunari aëris regione, secundum Aristotelis placita, extitisse demonstrare conati sunt. Sed Tycho Brahe in libro suo, qvem de hoc ipso Cametâ in lucem edidit, hosce viros toto cœlo à vero scopo aberrasse convincit, ac qvid qvemq; eorum in errorem impulerit, satis luculenter demonstrat. Qvo loco silentio involvendum non est, de clarissimo viro Thaddæo Haggetio, qvi præcipuus hujus sentẽtiæ tutor ac defensor fuit. Is perspectâ veritate, & lapsu suo spontè cognito, in scripto qvodã, qvo Cometam Anni 1580 æthereum fuisse dilucidè affirmârat, pristinum suum errorem, bonorum instrumentorum defectu commissum, hisce verbis clarè revocavit atq; damnavit: *In proximo Cometâ* (inqvit) *Anni 1577, ob*

cavssa

cavſas ſupra aßignatas parem diligentiam adhibere non potui. Itaq; minimo negotio evenire potuit, ut mihi qvoq; aliqvis error obrepſerit. Nam ipſe nunc demùm in ſecundis meis cogitationibus animadverti, parallaxin à me aßignatam, acceptæ diſtantiæ Cometæ diverſis horis à vicinis ſtellis, & vix 4 aut 5 ſcrupulis variatæ, reſpondere non poße. Itaq; illum qvoq; Cometam, ego ſupra Lunam collocandum cenſerem. O egregium virum Haggetium! ô mentem veritatis amore flagrantem! qvæ etiam propria errata in laudem veritatis & recti corrigere & emendare non turpe duxit. Verùm ne à modernorum ore & avctoritate ſolummodò pendere videamur, ad antiqva recurrentes ſecula, è veteri memoriâ, qvod ad rem propoſitam ſpectare putemus, unum teſtimonium depromamus. Albumáſar, qvi circa annum Chriſti 844 claruit, ſuo ævo qvendam Cometam altiorem Lunæ, qvid dixi Lunæ? imò Veneris ſedibus, conſpectum eſſe refert. Qvid qvæſo, de hoc Cometâ ſentiendum eſt, ſi non alius Come-

tis

tis locus, qvàm qvi elementaris regionis ambitu includitur, attribuendus est? Concludamus ergo, & contra Aristotelis Hypothesin firmiter teneamus necessùm est; etiam supra Lunam, hujusmodi crinita & barbata prodire sidera. Ardua verò & difficilis explicatu qvæstio hic occurrit, unde suppetat tanta copia materiæ eorum Cometarum, qvi in æthere existunt. Si enim terrenarum exhalationum & vaporum altitudo (sicut testantur Vitellio & Albàsen optici) non excedat dextantem unius sexagesimæ diametri terræ: σόφισμα illud qvod per aërem, ignem (si qvis est) sphæramq; ipsam Lunæ vapores elevari fingit, nimiam absurditatem sapere videtur. Qvinimò etiamsi vapores & cætera exhalationum genera è corporibus humidioribus educta ad æthera usq; penetrarent; tamen ad tantorum corporum aliqvando terram ipsam magnitudine suâ excedentium, procreationem nullomodò sufficere possent. Hujusmodi & similes alias difficultates, qvæ hoc loco de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

co demonſtrationum certitudinem in dubium reducere videntur; clariſsimus & rei Theologicæ conſultiſſimus vir Lambertus Danæus, in ſecundo Phyſicæ ſuæ tractatu feliciſsimè & accuratiſsimè expedire videtur: ubi ex aqvis cæleſtibus ſuam qvoq; meteora habere materiam ex ſacris literis pulcerrimè demonſtrat. Eſſe avtē revera aqvas cæleſtes docet Moſes vir Deo cariſsimus & familiariſsimus in eo libro, qvē Geneſin appellavit; ubi Deus aqvas qvæ ſunt

Gen. cap. 1. v. 7.

ſub expanſione, ab aqvis qvæ ſunt ſupra expanſionem diviſiſſe dicitur. Neqve huic ejus ſententiæ officit ſententia, qvam animo imbibêre, qvi de nubibus interpretantur, qvoties θεόπνευστοι literæ cæleſtium aqvarum faciunt mentionem. Prædicto qvippè in loco non dicit Moſes: diviſit aqvas, qvæ erant elevandæ in altum; ſicut vapores qvotidiè attolluntur & elevantur ex aqvis noſtris: ſed dicit, diviſit aqvas, qvæ ſunt ſupra expanſionem, ab eis qvæ ſunt ſub expanſione. In eandem ſententiam

idem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

idem ille vir Dei Moſes de diluvio loqvens,pronunciat Catarractas Cœli, qvæ cæleſtes aqvas continent Dei juſſu & mandato eſſe apertas; aperiri avtem ἀκυρολόγως dicerentur ſi nullæ eſſent ibi aqvæ. Extra enim controverſiam eſſe arbitror, qvod Regius Propheta David, canit Iehovam ſuperiora ſua contignaſſe & concameraſſe aqvis. Eſtq; hoc loco obſervatione dignum, & ad rem qvam mihi oſtendendam propoſui, valdé commodum, qvod ſcriptum legitur Gen. 7. verſib. 20 & 21 aqvas diluvii ſupra altiſsimos montes qvindecim cubitis eminuiſſe; qvia tantam aqvarum vim & copiam ex vaporum è terrâ aſcendentium reſolutione exſtitiſſe incredibile eſt. Qvippè è mediâ Philoſophiâ, & intimâ ſapientiæ æde qvidam depromtum volunt illud; ex qvindecim vaporum libris, vix unam uniciam aqvæ confici poſſe; qvemadmodum ex nivis magnâ mole reſolutâ apparet. Achilleum eſſe, & planè invictum, pro aqvis cæleſtibus videtur illud Levitici cap: 26. v. 19 & Devtro-

Gen. 7. v. 11.

Pſal. 104. v. 3.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

nomii cap. 28. v. 23 petitum testimonium, ubi magnus ille pluviarum largitor, & omnium meteororum conditor Deus, Legis suæ transgressoribus Cœlum, Cœlum inqvam æneum & ferreum minatur. Sed hanc sententiam confirmant non modò è divinis petitæ rationes, sed etiam argumenta ex Philosophiâ desumta. Si enim (ut ex Vitellione & Alhásen opticis supra adduximus) maxima vaporum altitudo non excedat dextantem unius sexagesimæ diametri terræ; profectò supremi aëris meteora, ex terrenarū exhalationum fumis generari veritati absonum esse videtur. Qvanqvam verò recentiorum opticorum nonnulli, diversum à superioribus statuentes, altiorem qvendam terminum vaporibus è terrâ egredientibus præscribunt; nemo tamen est, qvi trecentorum miliarium altitudinem illos superare asserit. Qvo modo Cometam illum anno 1475 natum, qvem Regiomontanus octo semidiametris id est sex millibus octingētis & octuaginta miliaribus ἐν πλάτει à terræ centro

tro remotũ fuiſſe deprehendit; non ex terræ fumis, ſed cæleſtib9 aqvis exti- tiſſe vereſimile eſt. Cùm itaq; conſtet qvaſdã aqvas exiſtere, & ex hiſce me- teora produci; ſanè nil obſtat qvò mi- nùs dicamus Deum pro immenſâ ſuâ ſapientiâ & potentiâ ex eiſdem aqvis cœleſtibus materiam Cometarum Ætheriorum generationi convenien- tem excitare, qvæ poſtea ipſo juben- te coacta & compacta, & à Sole ſev alio Planetâ inflammata, tam diu ar- deat, donec voluntati divinæ ſatiſfe- cerit. Expoſui adhuc avditores huma- niſsimi, eorum ſententiam qvi docent hujuſmodi barbata & crinita ſidera, etiam ſupra Lunæ orbiculationes ex- ſtitiſſe; venio nunc ad illos, qvi Co- metas omnes, qvotqvot ab initio vi- ſi ſunt, intra Cœli ſepta coruſcaſſe avtumant. Horum ſanè ſententia, qvæ è ſex avt ſeptem exemplorum coacervatione orta eſt, ſi ad ſuperio- rum ſeculorum obſervationes, qvæ qvoſdã ſublunaris regionis limitibus non evolaſſe teſtantur, examinata fuerit, nullo modo ſibi conſtare poſſe,

 depre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

deprehenditur. Regiomontanus Astronomus peritiſsimus anno 1475 Cometam qvendam in ſupremo aëre exortum obſervavit; qvi octo ſemidiametris à terrâ diſtabat. Qvem Cometam Apianus, non minùs clarus in re Aſtronomicâ qvàm peritus, ex ſuperiorum Planetarum infelici poſitu naſciturum prædixit anno 1532, cum non in Cœlo, ſed ſummo aëre, domicilium ſibi paraſſe Aſtronomum Vienenſẽ Ioh. Vogelinum deprehendiſſe accipimus. Qvid verò de iis Cometis, qvi ante annos modò nominatos retrò numerando fulſerint, ſtatuendum? Nihil certi: qvia tum tempeſtatis nondum ſatis exculta ſed adhuc qvaſi in cunis erat doctrina parallaxium. Qvo poſito ſufficiunt probationis loco probatiſsimorum virorum teſtimonia, qvæ non omnes Cœlo Cometas aſcribendos eſſe ſatis apertè convincũt. Neq; hoſce viros propter hypotheſium incertitudinem aberraſſe putandvm eſt. Etenim ſicut indicat nobiliſsimus & clariſsimus Tycho Brahe, ſi ex Rigiomontani hypotheſibus,

Tycho Brahe in libro

thesibus, avt nullam avt exiguam 1577 anni Cometam habuisse parallaxin, ideoq; minimè in elementari regione: sed longè supra Lunam in ipso Æthere motũ suum exercuisse compertum sit; mirum sanè videretur, si non ex iisdem hypothesibus, ipse avctor Regiomontanus qvid certi de 1475 anni Cometæ loco pronunciare potuisset. Vbi simul hoc notandum est, qvod hoc loco subjungit & alibi etiam inculcat Tycho; Regiomantani viam non habere locum ubi res circa minima versatur, sed saltem qvando magna & sensibilis parallaxium existit diversitas. Qvod cum ita sit, qvemadmodum excellentissimi hujus Astronomi testimonio confirmati credimus; non dubium est, qvin, si doctissimus ille Regiomontanus prædictum Cometam omnem per parallaxes institutam observationem propter nimiam altitudinem respuisse, atq; omnem aspectus diversitatem exclusisse deprehendisset; æthereæ regioni adjudicasset. At verò qvia, ut veresimile est, in illo majorem aspectus diver-

de Cometá anni 1577. pag. 156.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

ſitatē qvàm in ipſâ Lunâ animadvertit, elementari regioni illum deputare non dubitabat. His copiis facilè ſperamus fore, ut eorum ſententia, qvi accenſas ejuſmodi in alto faces tam in rebus cœleſtibus qvàm ſublunaribus conſiſtere poſſe exiſtimant, victoriam obtineat, palmamq; reportet. Qvæ tamen omnia à me ita diſputata, ita affirmata, ita propoſita ſunto, ut nullius avctoritati, nullius exiſtimationi qvicqvam detractum, avt ademtum velim. Salva, ut debeo, & illibata relinqvo aliis clariſsimis viris ſua judicia, qvi pro contrariæ ſententiæ veritate dimicant; ego enim cum eloqventiſsimo Sturmio æqvitatē & humanitatem in judiciis noſtris amo: ſi ſemper idem ſentiendum; nihil novi inveniendum.

Dixi breviter ut propoſueram de Cometarū genere & loco; & qvanqvā hanc totam declamationem, qvotidianis verbis & minùs ornato dicendi genere contexui; tamen ſpero eam æqvè vobis caram fuiſſe, ac ſi omnes undeqvaq; flores conqvirens, omnes

dicendi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

dicendi Veneres Cupidinesq; avcu-
pans, eleganti qvodam ac modulato
verborum ſono avres veſtras demul-
cere ſtuduiſſem. Potueramus avtē
plura adjicere, niſi metas ſuas oratio
noſtra tranſilire viſa fuiſſet, & inſtitu-
to noſtro qvantùm per vires ingenii
licuit, ſatisfactum eſſet. Qvòd reſtat
viri præſtantiſsimi juvenes atq; com-
militones humaniſsimi, exigo nunc
eandem veſtram benevolentiam atq;
humanitatem, qvam ab initio à vo-
bis precatus ſum qvāq; mihi toto hoc
diſputationis curſu præſtitiſtis; ſimul
vos ſingulos & univerſos obnixè roga-
tos volo, ut ſi qvid à me minùs com-
modè, minùs concinnè, parum pru-
denter, parum decenter dictū, in bonā
& amicam partē velitis interpretari.
Qvòd ſi, qvemadmodū de veſtrâ be-
nevolētia planè nō dubito, obtinuero,
cuncta grati animi officia avctoritati
& humanitati veſtræ debita & dedita
lubens libensq; offero, & ſpontè de-
fero. Deo opt. max. cui qvæcunq; hic
acta dictaq; ſunt, grata & accepta eſſe
volo; gratâ mente immortales lavdes
dici-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

dicimꝰ qvòd in hac extremâ & turbulentâ decrepiti mũdi senectâ, ecclesiolæ suæ aliqva tuta & tranqvilla fecernit halcyonia; qvòdq́; nos ad gremium matris ecclesiæ, pretioso Christi nostri sangvine partæ & spiritu sancto sanctificatæ colligere & aggregare dignatus est. Eundem porrò supplice voce imploramus, ut latera sub vexillo suo militantium, Geniorum suorum alis clavdat: qvò tandem superatis infestissimis hostibus coronam gloriæ omnibus electis in Cœlo repostam, conseqvamur, eâq́; in omnem æternitatem fruamur.

DIXI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)

2550.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2550 8° (LN 1060 8° copy 2)